



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

XLVI. De interrogando pœnitente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

CAPUT XLVII.

De circumstantiis quæ speciem non mutant.

Item docent, neminem teneri confiteri circumstantias, quæ speciem non mutant.

RESPONDETUR.

Admodum probabilis est hæc opinio, imò communior & probabilior, ut testatur Sylvest. *v. confessio* 1. n. 10. qu. 9. qui citat in hanc rem DD. Thom. & Bonav. item Valq. in 3. p. tom. 4. q. 9. ar. 1. dub. 3. Zanard. in direct. 1. part. de Sac. Penit. c. 18. M. Serr. 1.2. q. 73. ar. 7. Navar. c. 6. n. 7. Lugo disp. 1.6. sect. 3. Suar. disp. 2.2. sect. 3. multos citat eosq; magni nominis; Albert. Mag. Durand. Palud. Almain. Carthus. Adrian. D. Antonin. Medin. Turrecr. Covar. Angel. Armil. & alios Summist. Dian. par. 1. tr. 7. ref. 1. citat 12. auct. 3. alios; scio, multos eosq; gravissimos auctores contrariam opinionem defendere, ut Sanch. Suar. Valent. Cafet. Coninck. Sot. Victoriam, quos ibidem Diana & Suar. citant, non tamen negant, priorem esse probabilem; ut reverà omnino probabile sit, & in eam omnes ferè recentiores eunt; illius tamen ulus multam prudentiam postulat, nec facile ad omnia extendendus: v. g. quando plura præcepta eandem rem imperant, sufficit dicere, se rem vetram admisisse; v. g. comedisse cibos veritos, vel non interfuisse Sacro, die præcepto; at quando præcepta, res diversas jubent, v. g. abstinere à carnibus, & jejunare, haud dubiè non sufficeret dicere tantum, se non jejunasse, & si quis Casuista secus senserit, alii omnes refragantur; pari modo, jubemur diebus festis Sacro interesse, & ab operibus servilibus abstinere; si utrumque violetur, utrumq; in confessione exprimendum est, unum enim non est circumstantia respectu alterius, sed diversum omnino præceptum, illudque diversæ speciei.

In multis aliis secus accidit: sic divinationes per diversa non differunt specie; ac proinde sufficit dicere, se peccasse divinatione, aut superstitione; ita Sanch. *v. confessio* n. 27. citans Sot. Buseb. lib. 3. tr. 1. c. 1. dub. 2. citans Laym. Sanch. Less. Bonacin. exprimendum tamen est, an sit naturalis, vel magica; an pactum expressum, vel tacitum intercesserit; sed nihil refert dicere, an aqua, vel sale, vel terra, vel speculis, vel aliis hujusmodi usus sis; si tamen aliqua materia sacra adhibeatur, mutatur species, ac proinde dicendum, vel si quis divinatione utatur ad aliud peccatum; & hæc apud Casuistas sunt communia: non dissimili ratione, multi Casuistæ dicunt, raptum non esse circumstantiam necessariò exponendâ; si puella consentiat, & tota res geratur in adibus parentum, vel tutoris, quia puella est domina corporis sui, ut jam supra dictum est; si verò ex prædictis adibus contra parentum, vel tutoris voluntatem, efferatur, hic raptus est contra justitiam, ac proinde hæc circumstantia in confessione explicanda; ita Sanch. lib. 7. disp. 12. num. 12. & 35. Fagund. lib. 6. c. 11. Rebel. Sylvest. Saliedo ab iis citati: igitur quod spectat ad aggravantes, ut neutram damnare, ita ad alteram obligare neminem velim.

CAPUT XLVIII.

De satisfactione Sacramentali.

Docent etiam penitentem posse absolvi, licet penitentiam imposita recuset, & malit Deo satisfacere in Purgatorio, levior scilicet ad integritatem Sacramenti, imposita: item si Confessarius cognoscat, graviorem à penitente non fore acceptandam,

RESPONDETUR.

etiam mater, de sent. excom. in 6. item c. providè ibid. &c. in prædictis cap. quis amab. mitori Ecclesiæ sententiam acquiescat: Præterea negant Casuistæ, teneri penitentem apud eundem Sacerdotem semper confiteri, si non in ruborem timeat, propter aliquem defectum lapsum, posse alium adire; quid quælo hic respondendum; siquidem nullum præceptum eidem Confessario fideles adstringit, si autem frequenter ejusmodi lapsus, dicunt eum posse habere Confessarios, quorum uni cui ignotus esset, gravius peccata, alteri verò, cui notus esset, ordinaria a peccatis, quæ d. amab. in hoc censuram meretur; modò penitentem Confessarius non mutet, eo animo, ut liberetur, vel inde occasione capiet sibi adulandi, quoniam contraria multis sacrilegiis occasione præbet, præterea in seculo meo, cui plus timiditatis & pudoris inest; sed profectò fatius est, apud ignotum sacerdotem peccatum deponere, quàm per nefandum sacrilegium illud tenere in confessione f. et. a. apud orthodoxos, quæ quid est, misericordia volo & non sacrificium. Multi denique auctores apud Dian. par. 3. tr. 4. q. 8. & 36. docent posse aliquem in confessione generali camp peccatis jam confessis alia non confessis exponere, modò aliqua iustitia de causâ id fiat; quia inquit, non est necesse, ut Confessarius sciat, quo tempore peccatum illa fuerunt; si quis autem obijciat, tunc tenetur quæ par sit, penitentiæ ab illius Confessario, illic respondet, hanc rationem non valere, quia si penitentia, quo Confessarii initiores penitentiam imponere possunt; aliis verò temporibus, vel penitentiam voluntarias penitentias à se exigeret, pro criminis amissione, vel Confessarii rogabit, ut majorem impositionem tamen, prædictas opiniones à Casuistis non tolerari, si aliquid à do. in credibili penitentis infirmitate aliquid indulgendum esse videatur; ceterum in rigore Theologico, hæc doctrina nullam notam meretur, de qua bene Buseb. l. 6. tr. 3. c. 1. dub. 3. n. 5. ubi citat P. Lugo. Lugo, qui multos citant ut Nav. Suar. Comely & hoc unum ab omnibus procurandum est, ut sacramentum Penitentiae odiosum reddant.

CAPUT XLVI.

De interrogando Penitentem.

Udam illorum docent, Confessariū exceptis certis quibusdam casibus, non habere jus interrogandi penitentem, an peccatum, quod accusatur, sit ex habitu, vel consuetudine.

RESPONDETUR.

Citantur à Dian. par. 1. tr. 7. ref. 15. quinque aut sex graves Theologi, qui hoc ipsum docent; alii verò docent, de hac circumstantia penitentem interrogari posse Confessarium judicet, id utile fore penitenti, quoniam tamè valde pauci obligant ad exponendâ hanc circumstantiam, antequam de illa interrogetur; in hoc negotio, non hæreo, cum instituendos Confessarios hoc loco minimè susceperim; monebo iterum proinde, ne confessio penitentibus nimis odiosa sit, de Confessariis severiores leges imponantur, quibus ob hoc ministerio avertantur, quod in penitentium causis cederet; Francisc. Victoriam in tr. de Sac. n. 193. penitentem advertit, aliquos esse Confessarios, qui penitentem el alma a los penitentes, id est, qui vel ipsam penitentem, vel penitentibus moleste interrogationis præter, quæ exprimentur; ceterum in presenti casu respondere signi ficit: tunc enim urgendū minime, de quo jam supra dictum est, nisi hoc præceptum Confessarius ad emendationem penitentis optime judicet.